ZETVS et Amphion Lyci Thebanorum Regis ex Antiopa uxore nati matrem ulcisci uolentes; Dircem, cuius caussa ipsorum genetrix à Rege in uincula coniecta fuerat, ad Tauri cornua crinibus alligatam. in fontem proiecerunt; ut Apollodorus de Deorum origine scriptum reliquit, et Propertius meminit his uerbis; Puerique trahendam uixerunt Dircem sub trucis ora bouis. Quam historiam ueluti hic delineatam aspicis Apollonius et Tauriscus sculpserunt; et Romæ à Rodo aduectam, inter monumenta Asinij Pollionis, seruatam, asserit Plinius, quod opus in Thermis Antonianis repertum multis in locis fractam, a Paulo III. Pont. Max. in suum Palatium translatum: tum iussu Illustrissimae Reuerendiss. Card: Farnesij eius nepotis instauratum. præ alijs omnibus sculpturis admirabile; cum ob lapidis magnitudinem (quatuor decim enim palmos longitudinis, totidemq; latitudinis continet, altitudinis uero decem et octo) tum ob admirabile artificium, et, plurium in uno lapide figurarum miræ magnitudinis expreſsionem.

Romæ apud Ioseph. de Rubeis Superior. licentia. 1633. L.

Gio. Iacomo de Roſsi le ſtampa in Roma alla Pace 1650

Niedersächsisches Ministerium für Wissenschaft und Kultur

© HAUM http://kk.haum-bs.de/?id=ciamberlano-l-ab2-0002